VOTUM,

κατὰ σύμβολον Autoris, antehac ſic meditatum.

SOrte ſuâ quivis contentus vivere debet,
ac Nido debet quisq; latêre ſuo:
Ut maneat ſtatuum Mundi diſcrimen; Honorq;
exhibeatur iis, qui meruêre decus.
Hinc lætam pacem tutò ſperare liceret,
& cum Pace ſimul creſceret omne bonum.
Sed novi mores Mundi: Confuſio regnat;
nemo ſuo modulo, vel pede ſemet habet.
Hæc eſt cauſa mali, quod nunc graſſatur in Orbe
maxima, pernicies flebilis inde venit.
Fiat! Me meliora juvant conamina: NIDO
nempè meo TUTUS SPERO Salutis opus.
Nido tutus ero proprio per Tempora vitæ:
immenſum ſpatium ſpero ſubire Poli.

Sorte

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG